Zaklika Staniszewskiego Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis presentibus Castren[sibus] Capitanealibus Premisliensibus Generosus Stephanus Zaklika, Sana 10101
mente et corpore existens a Terris Districtibus suisque Iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedens potentiae vero Castrensis Capitanealis Premisliensis Iurisdictioni quoad actum hunc dantem nec secum successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit, Quia ipse Generosum Nicolaum Staniszewski eiusque successores de Summa Mille florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per eundem supradictum Generosum Staniszewski modo simplicis debiti Actis Officii praesentis inscripta et super bonis eius quibus omnibus ad soluendum assecurata, Nec non de eadem ipsa Inscriptione Debitorea Castrensi Premisliensi suo in tenore latiori existens ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti praestitam satisfactionem Summae praemissae realem et effectiuam persolutionem Quietat, eximit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat, Inscriptionem eandem Debitoream in toto et in omnibus cassat mortificat et annihilat, sibi Ausique posteris Perpetuum imponendo silentium.

Feria Quinta post Festum Sanctae Annae Matris Dei Parae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo. 28/VII

Baczynski Barznieckiemu Donat.